



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

9 Pauperum Aduocatus ex ordine Aduocatorum Consistorialium assumitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

228 CAPVT

solutissimus , nulliquè in su-
premi Sacerdotii , ac Principa-
tus administratione secundus
suis litteris datis die decimali
Maij 1642 suffecit Petrum Fran-
ciscum de Rubeis Romanum
Genitorem meum, filium Hor-
tentii olim Cameræ Apostoli-
cæ Commissarii generalis , vt
potè familiari experientia co-
gnitum , & tanquam eius fami-
liarem , non solum in Fisci , &
Cameræ Apostolicæ Aduocatio-
ne : sed etiam in Referendaria-
tu utriusque Signaturæ cæteris-
què muneribus publicis .

- 9 In Pauperum * verò Aduo-
catione confirming Verba Pii
II. in Apologet. ad Martinum
Mayer , ibi , & Aduocatorum

no-

nobilis ordo &c. quorum qui se-
nior est, Pauperum Aduocatus
appellatur, Pauli IV. in Consti-
tutione ultima Bullar. veter. tom.
1. ibi. Primo videlicet Aduocato
Pauperum, qui cum ex Aduoca-
tis Consistorialibus eligi, & in Ca-
mera nostra Apostolica sedere con-
suevit, ac Pii V. in motu proprio
edito super Patrocinio pauperi-
bus præstando impresso per Re-
uerendissimum Scannarelum in
Appendice ad eius trac. de Visita-
tione Carceratorum pag. 6. & 7. &
superius relato c. 1. n. 28, ibi, licet
ad defensionem pauperum &c. ab
antiquo constitutum sit officium
Aduocati Pauperum nuncupati,
qui ex Collegio duodecim Aula
nostræ Consistorialis Aduocatorum

P 3 su-

sumi consueuit; Et clausula solita inferi litteris concessionis dictæ Aduocationis, nempe officium Aduocati Pauperum, quod uni ex Aduocatis Aulæ nostræ Consistorialis conferri consueuit, quod propterea Scannatulus inde testatur dicto cap. 3. sect. 2. num. 2. sub vers. habeatur, ubi sub num. 1. & seq. tanquam certum, ac indubitatum profert, quod Aduocatus pauperum antiquitus ex Collegio Aduocatorum Aulæ Consistorialis desumi consueuit, itidemque Cohellius de Notitia Cardinalatus cap. 44. dixit, huius Aduocati munus ab immemorabili tempore residere in Collegio Aduocatorum Consistorialium; Tales autem ex dictis Ad-

Aduocatis suisse constat * Anto- 10
nium de Rosellis Aretinum, vt
liquet ex propria illius subscrip-
tione in calce cons. 445. Pauli
de Castro part. i. Lælium de
Valle Patritium Romanum, cu-
ius Patrocinium in Arce Sancti
Angeli coram Paulo II. se exper-
tum fuisse testatur Platina in vi-
ta dicti Pontificis, ibi, solus au-
tem inter omnes Lælius de Valle
Romanus Ciuis, & Aduocatus.
Consistorialis nostram causam li-
berè tutatus est, confutans om-
nia, quæ à Leonardo dicta erant,
quæquè partim affirmauerat alter
Aduocatus Andreas Sanctæ Cru-
cis, qui tanquam Aduocatus Fi-
isci eius partes tutatus fuerat,
dequè illo etiam meminit in